

*Ipsa est propitiatio pro peccatis nostris  
sed etiam pro totius mundi.*

Lectio Epistolae primae beati Ioannis apostoli

2, 1-5a

- <sup>1</sup> **F**ilii mei, haec scribo vobis, ut non peccetis.  
Sed si quis peccaverit,  
advocatum habemus ad Patrem,  
Iesum Christum iustum;
- <sup>2</sup> et ipse est propitiatio pro peccatis nostris,  
non pro nostris autem tantum  
sed etiam pro totius mundi.
- <sup>3</sup> Et in hoc cognoscimus quoniam novimus eum:  
si mandata eius servemus.
- <sup>4</sup> Qui dicit: «Novi eum»,  
et mandata eius non servat,  
mendax est,  
et in isto veritas non est;
- <sup>5a</sup> qui autem servat verbum eius,  
vere in hoc caritas Dei consummata est.
- Verbum Domini.